supervenit crevitque voluntas et in-
satiabilis appetitus ad instar leonis
in bestiis irruere noviter incipien-
tis. Paucis diebus elapsis dum in ca-
stris quiescerent florentini et de
inceptione belli ac processu con-
ferrent et dicerent nil aliud nisi
solummodo bellum posse liti finem
imponere. bellum fortissimum est
cum lucensibus parum post horam
nonam inceptum. et cum mirabili-
ter preliarentur ambe partes flo-
rentini venerunt non in corde
duplici et intrantes bellum miserunt
fugatores in fugam et quosdam cepe-
runt numero mille quingentos et
quosdam occiderunt et quosdam
percusserunt non tamen in vultu
recuperatis captis quos reducebant
de lucensibus et rebus ablatis et ascen-
dentes locum preliando pervenerunt
ad castrum pisanorum lignis et fo-
veis circumquaque munita. In in-
gressu quorum fuit mirabile bellum